

William Camden
Britannia (fifth edition)
London
1600

BRITANNIA

SIVE
FLORENTISSIMORVM REGNORVM,
ANGLIÆ, SCOTIÆ, HIBERNIÆ, ET
Insularum adiacentium ex intima antiquitate
Chorographica descriptio.

Authore GVILIELMO CAMDENO.

Nunc postremo recognita, & magna accessione post Germanicam æditionem adaucta.

LONDINI impensis Georg. Bishop. 1600.

.....

281

<236>

Cantium.

Ad Cantium nunc †peueni, quam re= gionem licet Guilielmus Lambardus, vir insigni eru= ditione, & moribus sanctissimis or= natissimus, adeo graphice iusto volu= mine descriperit, vt curiosa eius fœ= licitas paucula aliis reliquerit; pro suscepti tamen operis ratione, eam quoque percurram, & ne sublesta, vt inquit Comicus, fide me agere quis existimet, eum mihi fundum, & fon= tem fuisse libens merito hic agnosco.

Carion corrupte apud Diodorum Siculum.

Nomine antiquo nondum tempus hanc regionem spoliavit, sed vt Cæsari, Straboni, Diodoro Siculo, Ptolemæo, & reliquis Cantium dictum fuerit, sic Saxonibus, teste Nennio, Cantguarland, id est, regio virorum Cantium incolentium, & nobis Kent. Hoc nomen a Cainc, quæ Britannis frondem sonat, quia olim syluis opaca fuerit, de= ducit Lambardus. Ego vero, (si coniecturam interponere liceat) cum ingenti angulo in ortum hic Britanniam excurrere viderim, obserua= rimque eiusmodi angulum in Scotia Cantir dici, incolas item alterius anguli, in ea parte insulæ Cantas Ptolemæo vocari, Canganos etiam in Wallia alterum angulum tenuisse, (vt taceam Cantabros, qui angulum etiam inter Celtiberos insederunt) qui vt vnus originis, vnus ita lin= guæ, cum nostris Britannis fuere; coniectarim a situ nomen inditum, eoque magis, tum quod Galli nostri, * Canton pro angulo vsurparint, & a veteri (vt probabile est) Gallorum lingua: non enim e Germa= nica, vel Latina est, quæ cum illa vetusta, huius †recentiores Gallici idiomatis sunt matrices: tum quod Angulus hic ager a veteribus omnibus Geographis dicatur. Grandi etenim angulo Galliam prospec= tat, Tamisis æstuario, & Oceano omni ex parte circumfusus, nisi qua ad occidentem Solem, Surreiam conterminam habet, & Southsexiaë partem ad Meridiem.

* Vnde Canton in arte Heraldica pro angulo, & Heluetiorum pagi Cantones, quasi anguli a Gallis dicti.

<237>

282

Kent.

Regio est inæqualis, ad occasum planior, & syluis vmbrosa, ad ortum surgenti= bus collibus excelsior. Incolæ, qua a Tamisi ad Austrum patet, in tres areas, siue portiones (Gradus vocant) distin=

| | |
|---|---|
| Plin. li. 15. cap. 25. Cerasa in Britan. translata. | <p>guunt, quarum superiorem ad Tamisim salubrem, sed minus opulentam esse ferunt, mediam, & salubrem, & opulentam: inferiorem vero opulentam, sed insalubrem, vtpote quæ magna ex parte est viginosa. Pratis tamen, pascuis, aruisque vbique fere læta, pomis ad miraculum abundans, nec non cerasis, quæ anno a Roma condita 680. in Italiam e Ponto deuecta, & vicissimo supra centessimum post anno in Britanniam translata, foelicissime hic proueniunt, multumque agri occupant, arboribus in quincuncem, iucundissimo spectaculo directis. Villas, & oppida habet frequentissima, stationes satis tutas, ferri venas nonnullas, sed aerem crassiusculum ob halitus ex aquis euaporantes. Incolis ea humanitatis laus, quam Cæsar olim tribuit, etiamnum iure debetur; vt virtutem bellicam taceam, quam tantam in Cantianis fuisse Monachus quidam scripserit, vt in procinctu, exercitus frons illis tanquam triariis, merito inter Anglos debeatur. Quod etiam comprobatur in suo Polycratice Ioannes Sarisburiensis. ‘Ob egregiæ,’ inquit, ‘uirtutis meritum, quam potenter, & patienter contra Danos exercuit Cantia nostra, primæ cohortis honorem, & primos congressus hostium vsque in hodiernum diem in omnibus præliis obtinet.’ Quorum etiam in laudem scripsit Malmesburiensis. ‘Gens rustica, & vrbana Cantii, plusquam cæteri Angli, antiquæ nobilitatis conscientiam adhuc spirat, & ad honorificentiam, & hospitium cuiuslibet pronior, & ad pulsandas iniurias serior.’</p> |
| Militaris Cantianorum virtus. | |
| Iulius Cæsar. | <p>Cæsar, de quo postea plura dicemus, cum primum insulam nostram aggrediretur, in hac regione terram conscendit, nauibusque egredi a Britannis Cantianis prohibitus, littore non sine graui pugna potitus est. Cum secundo etiam nos adiret, hic exercitum exposuit, Britannique cum equitatu & essedis ad Sturum flumen animose exceperunt, sed a Romanis cito repulsi se in syluas subdixerunt. Inde cum equitatu Romano acriter</p> |
| <238> | |
| 283 | |
| Comes littoris Saxonici. Liber Notitiarum | <p>ter prælio in itinere conflixerunt, ita tamen vt Romani omnibus partibus superiores fuerint, ac intermisso spatio rursus in Rom. impetum fecerunt, per medios audacissime perruperunt, interceptoque Laberio Duro, militum Tribuno, incolumes se receperunt, posteroque die ad pabulatores adularunt, &c. quæ apud ipsum Cæsarem legas. Quo tempore Cantio præfuerunt Cyngetorix, Caruilius, Taximagulus, & Segonax, quos ille, vt reges deuicisse videatur, Reges vocat, cum tantum reguli fuerint, vel melioris notæ nobiles. Constabilito Romanorum Imperio, sub Præsede Britannicæ Primæ censebatur. Ora vero maritima, quam Littus Saxonicum dixerunt, vti etiam littus oppositum a Rheno ad Xanctones, præfectum habuit a Diocletiani tempore, quem Marcellinus ‘Tractus maritimi Comitum,’ Notitiarum liber ‘Spectabilem virum littoris Saxonici Comitum per Britanniam’ vocat, Cuius munus erat littus per opportuna loca præsidiis ad barbarorum latrocinia reprimenda communitur. Sub dispositione autem erat illustris Magistri peditum quem Præsentalem dixerunt, qui præter præsidia ad portus, in omnia momenta Victores Iuniores Britannianos, Primanos Iuniores, & Secundanos Iuniores (hæc sunt cohortium nomina) illi assignauit. Officium autem habuit hoc modo. ‘Principem ex officio magistri præsentium a parte peditum. Numerarios duos, Commentariensem, Cornicularium, Adiuuorem, Subadiuuam, Regendarium, Exceptores singulares, &c.’ Nec dubito, quin maiores nostri hoc Romanorum institutum imitati fuerint, cum præfectum siue Limenarcham huic oræ præfecerint, quem Quinque portuum Guardianum vulgo vocitant, quia, vt Comes littoris Saxonici nouem, ita quinque portuum præsit.</p> |
| Guardianus V. Portuum. | |
| Cantium Saxonibus traditum. | <p>Cum autem Romani e Britannia cesserent, Vortigernus qui</p> |

| | |
|---|---|
| <239> | <p>maximæ Britanniaë parti cum imperio præfuit, Cantio Guoronum præfecit, id est, Proregem, siue Libertum, quo nesciente, hanc regionem (vt habent Nennius, & Malmesburiensis) statim Hengisto Saxoni, in gratiam Rowennæ eius filiaë quam misere deperibat, gratis concessit. Hinc primum Saxonum in Britannia regnum anno Christi 456. constitutum, illis Cantwara ryc dictum, quod post annos 320. Baldredo vltimo rege deuicto, in occiduorum Saxonum potestatem ðdeueuit, quibus ad Northmannorum vsque imperium paruit. Tunc enim Cantiani ad Suanescombe (viculus est, vbi Suenum Danum olim castrum tatum ferunt) ramos prætendentes ea lege Guilielmo Norman-</p> |
| Gauelkind. | <p>284</p> <p>no se dederunt, vt patrias consuetudines illas retinerent, ilamque inprimis, quam Gauelkind nominant. Hac terræ, quæ eo nomine censetur, liberis masculis ex æquis partibus diuiduntur, vel fœminis, si masculi non fuerint. Hac hæreditatem cum xv. annum attigerint, adeunt, & sine domini consensu, cuiuslibet vel dando, vel vendendo alienare licet. Hac filii parentibus furti damnatis in id genus fundis succedunt, &c. vt vere, quamuis minus pure in antiquo libro sit scriptum. 'Dicit Cantii Comitatus quod in Comitatu isto de iure debet de eiusmodi grauamine esse liber, quia dicit quod Comitatus iste, vt residuum Angliæ, nunquam fuit conquestus, sed per pacem factam se reddidit Conquestoris domini, salutis sibi omnibus libertatibus suis, & liberis consuetudinibus primo habitis & vsitatis.' Deinceps Guilielmus victor, vt Cantium, quæ tanquam Angliæ claus habetur, sibi firmiter retineret, Connestabilem Castro Douerensi, eundemque Limenarcham v. portubus ex veteri Romanorum instituto præfecit. Hi sunt Hastings, Dover, Hith, Rumney, & Sandwich, quibus Winchelsey, & Rie, vt præcipua, & alia oppidula vt membra adiunguntur. Quæ quia bello maritimo operam nauare tenentur, immunitatibus gaudent multis & magnis; ipseque Limenarcha, qui semper aliquis est e proceribus nostris fidei spectatissimæ, in sua iurisdictione Admiralli auctoritatem in plurimis, aliaque iura habet, quæ magna cum laude nuper exercuit Limenarcha ille nobilissimus, & prudentissimus D. Guilielmus Baro de Cobham regis maiestati a sanctioribus consiliis, & magnus literarum patronus, cui successit filius eius honoratissimus Henricus nunc Baro de Cobham. Sed iam ad loca.</p> |
| Lord warden of the fiue Ports. | <p>Septentrionalem huius regionis partem Tamisis Britannicorum fluminum præcipuus, vt iam dixi, alluit, qui Surreiam prætergressus statim sinuoso flexu fere in se reductus, primum Depford vidit nauale notissimum, vbi regis naues construuntur & quassæ reparantur; atque armamentarium insigne & quasi collegium in vsum classis constitutum. Locus olim West-Greenwich vocabatur, & Gisleberto de Mamignot Normanno in Angliæ expugnatione obtigit, cuius e filio nepos Walkelinus castrum Douerense contra Stephanum Regem propugnauit, & filiam superstitem vnica reliquit, quæ fratre defuncto, suis nuptiis opulentam hæreditatem dictam Honorem de Mamignot in Saiorum familiam intulit.</p> |
| Depford. * Holy Trinitie House. Mamignot. | <p>Hinc Tamisis Grenouicum adit, vulgo Greenewich, id est, Sinus</p> |
| <240> | <p>285</p> <p>viridis, (fluminis enim sinus Wic Germanice dicitur) Danicæ classis statione, & Danica in Ealphegum Archiepiscopus Cantuariensem (quem anno Christi 1011. exquisitis tormentis tradiderunt) immanitate olim notissimus. Cuius mortem cum causa sic descripsit, qui sub id tempus vixit Ditmarus Merseburgius Libro Chron. octauo. 'Percepi a relatu Seuualdi factum miserabile, ac idcirco memorabile, quod perfida Northmannorum manus, Duce adhuc Thurkilo, Cantuariæ ciuitatis egregium antistitem</p> |
| Normanni iidem qui Dani. | |

Ealphegum nomine, cum cæteris caperet, & vinculis & inedia ac ineffabili pœna, more suo nefando, constringeret. Hic humana motus fragilitate pecuniam eis promittit, & ad hanc impetrandam inducias posuit, vt si in his acceptabili redemptione mortem momentaneam eua= dere nequiuisset, semetipsum gemitibus crebris interim purgaret, ho= stiam domino viuam ad immolandum. Transactis tunc omnibus de= signatis temporibus, vorax piratarum Charibdis domini famulum euocat, & sibi promissum celeriter persolui tributum minaciter postu= lat. Et ille, vt mitis agnus præsto sum, paratus ad omnia, quæ in me nunc præsumitis facere, Christi amore, vt suorum merear fieri exem= plum seruorum. Non sum hodie turbatus. Quod vobis mendax videar, non mea voluntas, sed dira effecit egestas. Corpus hoc meum, quod in hoc exilio supra modum dilexi, vobis culpabile offero, & quod de eo faciatis, in vestra esse potestate cognosco: animam autem pecca= tricem creatori omnium, vos non respicientem, supplex committo. Ta= lia loquentem prophanorum agmen vallauit, & diuersa hunc ad inter= ficiendum arma congerit. Quod cum eorum dux Thurkil a longe vi= disset, celeriter occurrens, ne quæso sic faciatis, inquit, aurum & argen= tum & omne quod hic habeo, vel vlllo modo acquirere possum, excepta naui sola, ne in Christum domini peccetis, libente animo vobis omni= bus trado. Tam dulci affatu infrænata sociorum ira, ferro & saxis du= rior, non mollitur, sed effuso innocenti sanguine placatur, quem com= muniter capitibus boum & imbribus lapidum atque lignorum infusio= ne protinus confundunt.' Nunc vero Regiis ædibus celeberrimus est locus, quas Humfredus Dux Glocestrensis ædificauit, Placen= tiamque dixit, Henricus VII. magnifice adauxit, **fraterculo= rum mendicantium ædiculam adiunxit, & perfecit turrim illam quam inchoauit ille Dux Humfredus in edito colle vnde in sinu= osum flumen, & viridantia prata subiecta patet prospectus per= quam lætissimus.** Sed longe maximum huic decus est Diua nostra Elizabetha, quæ hic fœlicissimis auspiciis in lucem ædita, vniuersæ Britannæ, imo vniuerso terrarum orbi tantam

286

lucem regiæ virtutis splendore affundit, vt iam omni laude ma= ior iam adoranda, non adornanda videatur. Sed de Grenouico hæc etiam **Lelandi** Antiquarii carmina percurre,

<241> Ecce vt iam niteat locus petitus
 Tanquam sydereæ domus cathedræ.
 Quæ fastigia picta? quæ fenestræ?
 Quæ turres vel ad astra se efferentes?
 Quæ porro viridaria, ac perennes
 Fontes? Flora sinum occupat venusta
 Fundens delicias nitentis horti.
 Rerum commodus æstimator ille,
 Ripæ qui variis modis amœnæ,
 Nomen contulit eleganter aptum.

Eltham. Nihil aliud habeo quod hic adnotem nisi quod Guilielmus Lam= bardus, vir vt summa doctrina ita singulari pietate ad susten= tandos pauperes hic ædes extruxit quas Collegium Paupe= rum Reginæ Elizabethæ nominauit. Huic a tergo Eltham se= cussus item regiis adiacet, vix trium milliarium hinc diuerticu= lo, quam Antonius Beccus Dunelmensis Episcopus, & Hieroso= lymitanus Patriarcha extruxit, Æleonoræque Reginæ Edwardi primi vxori donauit, cum Vesciorum hæreditatem interuertis= set, ad quos locus iste prius spectauit. Episcopus enim ille, quem vltimus Baro de Vescy fiduciarium hæredem sibi scripsit, vt hæ= reditatem Guilielmo de Vescy filiolo spurio traderet, vix bona fide cum pupillo egisse traditur.

The breach. Infra Grenwicum, Tamisis diuulsis aggeribus quam plurima terræ iugera oppressit, quocum annos iam plures, nonnulli im= mensis sumptibus luctati, vix molibus agendis, adiacentes

Scuruigrasse. agros, contra irruentes vndas tueri possunt. Prouenit hic copiose Cochlearia, nostris Scuruygrasse, quam medicorum nonnulli Plinii Britannicam esse volunt, quo nomine ego illius iam meminimus, sed audi Plinium, 'In Germania trans Rhenum castris a Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ, dulcis solus, qua pota, intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus soluerentur. Stomacacem medici vocabant, & Sceletyben ea mala. Reperta auxilio est herba quæ vocatur Britannica, non neruis modo, & oris malis salutaris, sed contra anginas quoque & serpentes, &c. Frisii qua castra erant, nostris demonstrauere illam. Mirorque nominis causam, nisi forte confines Oceano Britannicæ velut propinquæ dicauerent.' Aliam tamen & quidem probabiliorē nominis rationem

287

adfert in suo Nomenclatore eruditissimus Hadr. Iunius, quem si placeat adeas, Britannicæ enim vocabulum me a cursu hic deflexit.

Tamisis deinde ripis suis coarctatus Darentum flumen obuium habet, qui e Suthreia demissus leni alueo vndas ducit per Otford, nunc Otford Danicæ stragis anno 1016. consciam, Regiisque ædibus superbam, quas Warhamus Archiepiscopus Cantuariensis tanta magnificentia sibi, & suis successoribus construxit, vt ad amoliendam possessionis inuidiam, cum Henrico octauo commutare necesse habuerit Cranmerus successor proximus. Lullingston vbi castrum olim fuit sedes familiæ nobilis eiusdem nominis inferius Darento apponitur, qui ad ostium Darentford, vulgo Dartford, amplum & frequens forum suo nomini adsciscit, sub quo Crecca riuulus vna commiscetur; ad cuius vadum Creccanford, nunc Creyford, Hengistus Saxo octauo a Saxonum ingressu anno, signa cum Britannis contulit, cæsisque ducibus, tanta strage protriuit, vt ab illis nihil sibi deinceps metuerit, & regnum in Cantio securus constituerit.

A Darento ad Medweagi ostium nihil suspicit Tamisis præter oppidula, quæ tacitus præterire, nullum famæ rerumue dispensium. Inter ea primas tamen ferunt Grauesend notum, si quod aliud Angliæ oppidum, vtpote statio inter Cantium & Londinum, vbi vtramque ripam propugnaculis communiuit Henricus octauus. Huic a tergo paulo interius adiacet Cobham sedes iam diu Baronum de Cobham, e quibus vltimus Ioannes Cobham Collegium hic, & castrum ad Couling fundauit, filiamque reliquit vnicam vxorem †Ioannes de La-Pole Militis, quæ vnicam etiam genuit filiam Ioannam pluribus enuptam; peperit autem illa solummodo Reginaldo Braybroke. Maritus vero tertius Ioannes de Oldcastle dum rebus in religione innouandis studeret, suspendio & igne periit. Reginaldi vero Braybroci vnica filia Ioanna contraxit nuptias cum Thoma Brooke de Comitatu Somersettensi, a quo nunc floret **sextus Henricus** Baro Cobham, de quo supra. A Grauesenda ad ortum est Cliffe, a cliuo ædificato cui insidet, nominatum, Synodo olim celebre, & Cliues †ad Ho Bedæ dictum, Ho enim vocatur illa quasi Chersonessus, quæ Tamisim, & Medweagum fluuium intersita, hic longe se in Ortum immittit.

Medweage fluuius, nunc Medway (Britannice nisi me veritas fugit, Vaga, cui Med Saxones addiderunt) fontes habet in An-

288

Wealde. derida sylua, quæ Wealde, id est, regio nemorosa Saxonibus dicta, & meridianam huius agri partem late occupat. Primum dum tenuis est Pensherst præterfluit antiquæ familiæ Sidnæorum sedem quæ a Guilielmo de Sidney Camerario Regis Henrici secundi genus ducit. Verum huius familiæ modo sydus erat, magna illa spes hominum, expressissimum virtutis exemplum, & literati orbis amor, Philippus noster Sydneus Eques longe claris-

| | |
|-----------------------------------|---|
| <243> | <p>simus ex illustri Warwicensi familia oriundus, qui acriter (ad Zutphenum Geldriæ cum hoste congressus fortiter occubuit.) Hic ille Sydnæus est quem Deus ideo natum voluit, vt priscorum specimen nostro seculo ostenderet; ita ex improviso ad se reuocauit, & nobis subduxit, ne deploratissimi nostri æui labes diutius videret. Verius enim de illo, quam vel de Marcello, vel Ælio Vero Maronianum illud vsurpari poterat,</p> |
| | <p>Ostendent terris hunc tantum fata, nec vltra Esse sinent.</p> |
| Tacitus. | <p>Ignis vtique quo clarius effulsit, citius extinguitur, eripit se auferetque ex oculis subito perfecta virtus, quicquid est absoluti facilius transfluit, & optimi neuti quam diurnant. Placide si fas sit loqui, Sydnæe quiescas, nos te non lachrymis, sed admiratioue decorabimus. Quicquid in te (vt de optimo illo Britanniae Præsidi optimus scriptor loquitur) amauius, quicquid mirati sumus: manet, mansurumque est in animis hominum, in æternitate temporum, fama rerum. Multos velut inglorios & ignobiles obliuio obruit, Sydnæus posteritati narratus superstes erit. <Aretai> enim, vt canit ille Græcus, <kreissones eisi morou.></p> |
| Tunbridg. | <p>Hinc Medway fl. Tunbridg respert, vbi vetus est castellum quod Richardus de Clare construxit, qui commutationis iure pro Brionio in Normannia accepit. Eius enim auus Godfredus naturalis Richardi primi Ducis Normanniæ filius, Aucensis, & Brionii Comes erat. Cum etenim diu de Brionio disceptatum fuisset, 'Richardus,' vt scribit Guilielmus Gemeticensis, 'pro repetitione eiusdem castrum in Anglia accepit oppidum Tunbrige. Asserunt enim * Leucam Brionii cum funiculo circumcirca fuisse mensuratum & eodem fune in Angliam delato ad Tunbrige tantundem spatii in metiendo recepisse.' Veruntamen Manerium, vt vocant, de Tunbrige eius successores Glocestriæ Comites clientelari iure ab Archiepiscopis Cantuariensibus ea lege tenuerunt, vt Archiepisc. in inthronisatione Senescalli, & eorum liberi ipsis in tutela essent. Inde Maidston petit, quam cum Saxones Medwea=</p> |
| * The Lowy of Tunbridg. | |
| Maidstone. | |
| 289 | |
| Vagniacæ. | <p>geston dixerint, Vagniacas esse illas credo, quas Antoninus memorat, & Nennius in suo urbium catalogo, Caer Megwad corrupte, pro Medweg vocari: nec sane distantiae ratio repugnat: hinc a Nouiomago, fiude a Durobroui, de qua mox agemus. Sub posterioribus Imperatoribus, vt in tabula Peutingeriana nuper a M. Velsero ædita videre est, Madus dicitur. Sic sensim volentibus annis sensim immutantur nomina. Oppidum hoc est frequens & cultum, magnaue longitudine extentum. In medio Archiepisc. Cantuar. palatium, ab Vffordo inchoatum, & ab Islepo absolutum habent; alter item publicus totius huius agri carcer hic constituitur, immunitatesque plurimas Reginæ Elizabethæ fert acceptas, quæ Maiorem summum magistratum instituit, pro Portgreuio, quem prius habuit, quod innuo, quia antiquum hoc sit Saxonium vocabulum, & apud Germanos etiamnum rectorem denotet, vt Markgraue, Reingraue, Landtgraue, &c.</p> |
| Madus. | |
| <244> | |
| Portgreuius. | |
| Dorolenum. Leneham. | <p>Hic sub Vagniacis, ab oriente sole fluuiolus Medwegæ consociatur, qui ad Leneham surgit, quæ Antonini sine controuersia Durolenum est, perperam in nonnullis exemplaribus Duroleuum. Durolenum enim Lenum aquam Britannis sonat, & præter nominis reliquias, distantia etiam a Cantuaria, & Roffa, hoc esse Durolenum comprobatur; vt taceam situm ad viam Consularem Romanorum, quæ olim a Dubri (vt author est Higdenus Cestrensis) per medium Cantium duxit. Nec aliud opus positum habet hic fluuius quod memorem præter Leedes castrum, quod fuit Creuequerorum nobilium opus, qui in antiquis chartis de Creuecuer & Crepito corde nominantur. Postea Baronis</p> |
| Leedes castle. Creuequer familia. | |

Bartholomæi de Badilsmer inauspicata erat sedes, qui illud perfide contra Edwardum secundum, a quo dono acceperat, communiuit, sed postea meritas perfidiæ pœnas capite soluit. Rem totam si placet legas ex historiola Thomæ De-la-More viri nobilis qui eadem tempestate vixit, & vulgo non habetur. 'Anno 1321. venit Isabella regina ad castrum de Leedes circa festum Michaelis, atque ibi pernoctare voluit, at vero non est permissa ingredi. Hac re Regis animo offenso, vt in suum contemptum acta, conuocatis vicinis ex Essexia & Londino nonnullis Castrum iussit obsideri: Castrum tenuit B. de Badelsmer, in quo relicta vxore & filiis ipse cum reliquis Baronibus ad res Hugonum euertendas profectus fuerat. Interim inclusis de salute desperantibus, Barones cum suis Kingston vsque peruenerunt rogantes per intermissos Episcopos Can-

290

<245> tuariensem & Londinensem, & Comitem Pembrochiæ, vt obsidionem Rex solueret, polliciti se post proximum Parlamentum Castrum Regi in manus tradituros. Rex vero perpendens non posse diu obsessos resistere, exasperatus eorum contumacia, Baronum petitiones audire noluit: quibus in alias partes conuersis, postea non modico labore Castro potitur, reliquis in eo repertis suspensis, vxorem cum filiis ad turrem Londinensem misit.'

Ailesford. Hinc Medweagus per vberima arua & Allington castrum vbi splendida ædes construxit T. Wiattus, decidens Ailesford peruenit, Saxonice Eaglesford, Henrico Huntingdonensi Elstre, Nennio Epifford, qui prodidit Britannice Sathenaeghaibail etiam dictum a Saxonibus ibi deuictis, vt Anglesford alii eodem sensu vocarunt. Guortimerus enim Britannus Guortigerni filius Hengistum cum suis saxonibus hic aggressus est, quos incompositos, cum secundum impetum sustinere non possent, ita fugauit omnes, vt de Saxonibus actum fuisset; nisi Hengistus declinandi periculi gnarus, in Tanetum insulam se recepisset, donec inuictus ille Britannorum impetus deferueret, & integra subsidia e Germania aduenirent. Ceciderunt hoc prælio duces partium, Catigernus Britannus, & Horsa Saxo, quorum hic ad Horsted non procul hinc sepultus loco nomen reliquit: ille magnifico elatus funere contumulatus creditur prope Ailesford, vbi vasta illa saxa erecta sunt, quæ imperitum vulgus a Catigerno Keith coty house hodie vocat. **Nec tacendum in proximo Boxley vbi monasterium anno 1145. posuit Guilielmus de Ipre Comes Cantii.** Haud procul ab altera e regione ripa Birling sedet Baronia olim Maminotorum, deinde Saiorum, quorum tandem hæreditas per fœminas deuenit ad Clinton, Fienes, & Aulton.

Horsted.
Catigerni sepulchrum.

Boxley.

Birling.

Halling.

Durobreuis.
Tabula antiqua
Welsero ædita.
Roibis.

Rochester.

Orientali Medweagi ripæ (cum præteruectus sit Halling vbi ædes successoribus suis posuit Hamo de Heath Episcopus Rofensis) paulo superius vetusta ciuitas apponitur, Antonino Durobrus, Durobriuæ, & alibi rectius, Duroprouæ, vel Durobrouæ. Bedæ Durobreuis, & inclinante Romano imperio, ita temporis progressus hoc nomen contraxit, vt Roibis nominaretur, vnde Saxonibus addito Ceaster, Hroue-ceaster diceretur, nobisque contractius nunc Rochester, & Latine Roffa, a Rhoffo quodam, vt iudicat Beda, sed pristini illius nominis Durobrouis aliquid in se retinere mihi videtur. Nec est cur quis dubitet de nomine, cum præter Itinerariam

291

rationem, & Bedæ auctoritatem, Durobreuis in charta fundationis ecclesiæ Cathedralis expresse vocetur. Hoc tamen admono in impressis Bedæ libris Daruernum legi, vbi in M. S. Durobreuis concipitur. In conualle sedet muris male firmis ex parte cincta, 'situ,' vt inquit Malmesburiensis 'nimium angusta,' vnde olim Castellum potius quam vrbs habebatur. 'Castellum' enim

<246>

'Cantuariorum' vocat Beda. Sed nunc ad occasum, orientem, & meridiem magnis suburbiis tumet. Casibus defuncta est non paucis. Anno Christi 676. ab Athelredo Mercio prostrata, & deinde a Danis sæpius direpta. Templum magnificum erexit Ethelbertus Rex Cantii, quod & dignitate Episcopali illustravit. Iusto primo episcopo designato: verum cum hoc vetustati cederet, Gundulphus circa annum 1080. restauravit, & presbyteris expulsis monachos induxit, quibus iam eiectis, Decanus vi. præbendarii, & Scholastici sunt subrogati. Iuxta templum flumini impendit castrum opere, & situ satis munitum, quod Odonem Episcopum Baiocensem, & Cantii Comitem extruxisse fama refert. Verum Guilielmus primus procul dubio construxit, Legitur enim in libro Domesday; 'Episcopus de Rouecester tenet in Elseforde pro escambio terræ in quo castellum sedet.' Certum enim est Odonem Episcopum, cum ex ancipiti rerum mutatione penderet, hoc contra Guilielmum Rufum tenuisse, & tandem rerum necessariorum inopia coactum, non tantum castrum tradidisse, sed etiam de gradu deiectum solum vertisse. Verum de restoratione huius castri habet ex Textu Roffensi. 'Cum Rex Guilielmus 2. confirmare nolisset donum Lanfranci de Manerio de Hedenham in Com. Buck: factum ecclesiæ Roffensi, nisi Lanfrancus & Gundulphus Episcopus Roffensis darent Regi 100. li. denariorum. Tandem interuentu Roberti filii Hammonis, & Henrici Comitis Warwici Rex concessit quatenus pro pecunia, quam pro concessione manerii exigebat, vt Episcopus Gundulphus quia in opere cementario plurimum sciens & efficax erat, Castrum Regi Roffense lapideum de suo construeret. Tandem ægre consentientibus episcopis coram Rege Gundulphus Episcopus castrum de suo integro totum custamine fecit.' Pauloque post Rex Henricus Primus, 'Ecclesiæ Cantuariensi, & Archiepiscopis eius custodiam, & constabulationem in posterum possidendam concessit,' vt habet Florentius Wigorniensis, '& in eodem turrem sibi construendi licentiam.' Ex quo tempore vna, & altera obsidione fatigatum fuit, sed tum maxime, cum Barones armorum strepitu totam Angliam concuterent, & Simon de Monte=

292

Classis Regia.

Vpnore.

Familia de Badilsmer.

<247>

forti acerrime, sed frustra oppugnaret, pontemque sublicium rescinderet. Pro quo saxeam arcuato opere spectatissimum e Gallorum manubiis substruxerunt postea Ioannes Cobham, & Rob. Knowles, qui ab infimo gradu ad summum honoris fastigium bellica virtute conscendit. Sub hoc ponte Medweagus violentus, & torrens æstuat, & eluctatur, statimque sedatior nauale se exhibet classi omnium quas Sol vidit bellico apparatu instructissimæ, & in omnia momenta paratissimæ, quam Diua Elizabetha ad suorum tutelam, & hostium terrorem maximis impensis ædificauit, ad eamque defendendam propugnaculum in ripa apposuit.

Nunc Medweagus lætior, & latior crispantibus vndis spectatu amœnissimus fœcundos agros subluit, donec Sheppey insulam obiectu diuisus (quam Ptolemæi Toliatin esse suspicamus, vt suo loco dicemus) duobus in Tamisis æstuarium ostiis infertur, quorum occidentale Westswale: orientale, quod Sheppeiam a continenti abscidisse videtur, Eastswale dicitur, Bedæ Genlade, ad quod Midleton, nunc Milton villa olim regia, Sittingburne diuersorii refertur, & Tonge castri reliquiæ in vicinia cernuntur, quæ sedes fuit antiqua Guncellini de Badilsmer, viri magnæ nobilitatis, cuius filius Bartholomæus Guncellinum genuit, qui ex hærede Radulphi Fitzbernard Domini de Kingsdown Bartholomæum procreauit illum seditiosum de quo dixi, qui ex Margareta Clara suscepit Maltildem Ioannis Veri Comitis Oxoniæ coniugem, Margaretam Ioannis Tiptoft, Margeriam Guilielmi Roos, & Elizabetham Guilielmi Bohuni Comitis Northamptoniæ. Feuersham inde visitur Stephani regis monasterio, & tu=

Putei in Cantio
cur facti.

Rheculuer.
Regulbium.

mulo olim notum. Iuxta quæ puteos magnæ profunditatis, hinc inde, vt etiam alibi per hunc agrum vidimus, de quibus variæ feruntur opiniones. Ego autem nihil quod opiner, habeo, nisi putei illi fuerint, e quibus cretam albam ad stercorendos agros effoderunt olim †Britauni, vt docet Plinius. 'In centenos enim,' vt inquit ille, 'pedes puteos egerunt ore angustatos, sed intus spatiantes,' cuiusmodi hi ipsi sunt, quos dicimus. Inde aperto littore, quod cochleis & ostreis fœcundum ostreorumque viuariis frequens, Reculuer cernitur, Saxonice reaculf, sed Romanis olim & Britannis Regulbium, sic enim Notitiarum libro vocatur, qui Tribunum cohortis primæ Vetasiorum in excubiis hic sub littoris Saxonici Comite (sic enim tunc temporis Maritima Cantii ora vocabatur) egisse memorat: & hanc sane suam antiquita-

293

tem effossis Imp. Rom. nummis adhuc testatur. Ethelbertus Rex Cantii cum Cantuariam Monacho Augustino concessisset, in hac sibi palatium extruxit, Bassa Saxo monasterio ornauit, e quo Brightwaldus octauus Cantuar. ecclesiæ Archiepisc. euocatus erat. Hinc Raculfminster etiam a monasterio dictum fuit, cum Edredus Edmundi senioris frater ecclesiæ Christi Cantuar. donaret. Hodie vero nihil aliud est, quam viculus rusticus, & si quid nominis habet, ex monasterio illo habet, cuius sacræ turre Pyramidales vsui sunt nauigantibus, ad tæniâs quasdam, & breuia in Tamisis ostio euitanda. Vt enim canit ille in Philippeide

Cernit oloriferum Tamisim sua Doridi †amara
Flumina miscentem.

Stoure fl.

Pag. 457.
Chilham.

<248>
Fulberti de Douer stirps.

Nunc ad Tanet insulam deuenimus, quam tenui intercurrente alueo, a continente disterminat Stoure flu. Bedæ Wantsum, qui duobus in syluestri regione, quam The Weald vocant, disparatis fluuiolis coalescens, quam primum solidus fertur, Ashford & Wy, emporiola nota inuisit. **Quorum vtrumque sua habuit collegia, hoc a Ioanne Kempo Archiepiscopo Cantuariensi qui hic natus, illud a R. Foggo Equite aurato constructum, & Wie etiam suum fontem habuit in quem mirificam gratiam precibus cuiusdam Normanni Monachi infudit Deus, si credamus Rogero de Houeden, quem adeas si admiranda te delectant.** Inde Chilham, siue vt alii vocant Iulham, vbi castrî antiqui rudetum est, quod Fulbertus quidam Douorensis construxisse memoratur, cuius e filio Richardo neptis Roisia, vt **in antiqua habetur genealogia**, enupta Richardo filio naturali regis Ioannis, Loram reliquit vxorem Guilielmi Marmioni. Constans fama apud incolas est Iulium Cæsarem in secunda contra Britannos expeditione, hic castrametatum fuisse, & inde Iulham, id est, Iulii statio, vel domus dictum: & ab illis, nisi me fallo, facit ipsa veritas. Prodit enim Cæsar ipse, cum noctu a littore XII. millia pass. confecisset, ad flumen primum cum Britannis conflixisse, ibique cum eos in syluas coniecisset, castra munuisse: vbi crebris arboribus succisis locum egregie natura, & opera munitum haberunt Britanni. Hic enim locus XII. a littore mill. exacte abest, nec aliud est interpositum flumen, vt necesse fuerit, ad hunc castris primis peruenisse: in quibus decem etiam dies suos continuit, dum classem tempestate afflictam reficeret, & subduceret. Sub hoc oppido, tumulus viridanti cespite vestitus ostenditur, quo conditum multis retro ante seculis Iul-laber ferunt, quem alii

294

Laberius Durus
Trib.

Gigantem, alii veneficam fuisse somniant. Ego vero, cum aliquod antiquæ memoriæ eo nomine latere existimarim, propemodum mihi persuaserim Laberium Durum Tribunum militum hic situm, quem interfecerunt Britanni in itinere ab illis quæ dixi castris, & inde Iul-laber tumulum dictum fuisse.

Durouernum. Quinto hinc milliari Stoure diuiso alueo, Durouernum primariam huius prouinciæ urbem rapide alluit, nomenque fecit. Durwhern enim fluuium rapidum Britannis denotat. Ptolemæo pro Duroerno Daruernum, Bedæ & aliis Dorobernia, Saxonibus Cantwarabyrig, id est vrbs populi Cantiani, Nennio, & Britannis Caer Kent, id est vrbs Cantii, nobis Canterbury, Latinis Cantuaria dicitur. Vrbs peruetusta, Romanoque sæculo proculdubio illustris, 'Nec adeo magna' (vt inquit Malmesburiensis) 'nec exiliter parua, quæ & terræ positione, soli affinis maxima vbertate, & integro murorum ambitu, fluuuis irrigua, nemorum oportunitate inclita, præterea maris vicinitate piscium fœcunda.' Hep-tarchia Saxonica efflorescente, regni Cantii caput, & sedes regia fuit, donec Ethelbertus Rex eam cum iure Regali Augustino Anglorum Apostolo concesserit, qui Archiepiscopali sede hic stabilita, Angliæ Metropolim constituit. Iam inde incredibile est, quantum floruit, cum Archiepiscopali dignitate, tum meliorum literarum schola, quam Theodorus septimus Archipræsul instituit: & quamuis Danico bello conquassata, & fortuitis incendiis magna ex parte subinde absumpta, semper tamen renata est splendidior. A Normannorum ingressu, cum Guilielmus Rufus, vt est in Annalibus M. S. August. 'dedisset ciuitatem Cantuariæ Episcopis ex solido, quam tenuissent antea ex beneficio,' religionis nomine, & præsulum benignitate, inprimis Simonis Sudbury, qui mœnia restaurauit, non modo respirauit sed eo splendore, quasi subito accreuit, vt priuatorum ædificiorum pulchritudine, omnes Britannicæ ciuitates adæquarit, sacrarum vero ædium magnifica structura, & frequentia celeberrimas quasque fruerat. Inter has duæ maxime enituerunt, Christi scilicet, & S. Augustini vtrumque Benedictinis monachis oppletum: Christi autem templum in medio quasi vrbs sinu, tanta maiestate, vt Erasmus inquit, se in cœlum erigit, vt procul etiam intuentibus religionem incutiat. Augustinus ille, quem dixi, hoc Romanorum fidelium opere, vt author est Beda, antiquitus factum recuperauit, Christo sacrauit, sedem successoribus constituit, in qua septuaginta duo iam perpetua serie sederunt Archiepisco-

295

pi. E quibus Lanfrancus & Guilielmus Corboyl superiorem Ecclesiæ partem, & qui successerunt, inferiorem, quum illud uetustius opus incendio concidisset, ad eam qua nunc cernitur amplitudinem maximis impensis, quas superioribus sæculis pia superstitione suggessit, perduxerunt. Plurimi enim summi, **medii**, infimi, confertim huc cum amplissimis donariis, ad visendum Thomæ Beckett Archiepis. tumulum confluxerunt. Qui a militibus hoc in templo trucidatus, quod se regi peruiuaci animo opposuisset, a Pontifice Romano in Martyrum album relatus, diuino honore colebatur, tantisque muneribus onerabatur, vt thecæ, in qua conditæ fuerunt eius reliquiæ, vilissima pars aurum fuerit. Gemmis raris, vt inquit Erasmus, & prægrandibus collucebant, nitabant, fulgurabant omnia, templum etiam vniuersum plusquam regiis opibus vndique luxuriauit, Christique nomine quasi oblitterato, in S. Thomæ transiit. Nec vlla alia re æque celebratum fuit, ac huius memoria, ac sepultura, licet aliorum sepulchra non immerito iactet, inprimis Edwardi principis Walliæ cognomento Nigri, herois bellica laude ad miraculum præstantissimi, & Henrici IIII. Regis Angliæ potentissimi. Verum has nebulas Euangelii lumen sub Henrico VIII. discussit, monachorumque examina dispulit, pro quibus in Christi templo Decanus, Archidiaconus, Præbendarii XII. & verbi dicimus sex præcones sunt collocati, qui diuinum verbum in circumuicinis locis disseminant. Alterum templum huius pertinacissimus æmulus sub urbem ad Orientem sedem habuit, S. Augustini nomine notum, quod ipse Augustinus, & Ethelbertus

Rex eius hortatu Petro & Paulo posuerunt, vt sepultura esset, tum Regum Cantii, tum etiam Archiepiscoporum, (nondum enim in vrbe sepelire fas erat) infinitisque opibus cumularunt, concessa Abbati officina monetaria, cum iure pecuniam signandi. Nunc vero maxima parte suis ruinis inuoluta, reliqua in ædes regias conuersa, quantum fuerit intuentibus facile ostendit. Ipse vero Augustinus in eodem sepultus erat, cum hoc vt testatur Thomas Spot, epitaphio,

Inclitus Anglorum præsul pius, & decus altum,
Hic Augustinus requiescit corpore sanctus.

Nihil attinet de altera ecclesia, huic vicina, dicere, quæ, vt habet Beda, a Romanis condita fuit, Martinoque sacrata, in qua ante Augustini aduentum, Bertha Ethelberti vxor Christianis sacris interesse solebat. De castro ad Australe vrbis latus fatiscensibus

296

nunc propugnaculis, cum non admodum magnam præ se ferat antiquitatem nihil occurrit, quod memoria dignum, nisi a Normanis constructum fuisse. De sedis Cantuariensis dignitate, quæ olim longe amplissima fuit, nihil dicam, nisi vt superioribus seculis in Romana hierarchia, Archiepiscopi Cantuarienses Pontificis Romani Legati, & veluti alterius, vt dixit Vrbanus II. orbis Patriarchæ erant; sic cum fugata esset Pontificum auctoritas, in Synodo, an. 1534. decretum, vt illo titulo deposito, Primates, & Metropolitanus totius Angliæ dicerentur. Quam dignitatem nunc gerit Reuerendissimus in Christo pater, D. Ioannes Whitgiftus, qui & Deo vitam, & Ecclesiæ operam omnem sancte consecrauit. Cæterum Polus Borealis supra Cantuariæ horizontem grad. LI. scrup. XVI. attollitur, Longitudo vero XXVIII. partib. LV. scrup. definitur.

Primas, & Metropolitanus Angliæ.

Fordich.

A Dorobernia Stoure statim se in vnum colligit, simplexque fertur per Fordich (qui paruus Burgus de Forewich Guilielmi primi libro dicitur) laudatis trutis insignem, ad Sturemouth, venit, vbi duo itinera dispensatis aquis sibi aperit, nomenque relinquens, Wantsume dicitur, Thanaton ab Occasu & Austro insulam faciens, ab aliis enim partibus Oceano abluitur. Hanc Solinus Athanaton, & Thanaton aliis exemplaribus dixit, Britanni Inis Ruhin (teste Asserio) fortasse a Phocis, Saxones Tanet, & Tanetland, nos Tenet. Terra tota est ex creta albicanti, frumentariis campis fœlix, & vberi gleba, octo mill. in longitudine extenditur, quatuor in latitudine patet, familiarum sexcentarum habebatur, pro quo in Beda mendose legitur milliarium sexcentorum. Quod vero Solinus nullo serpi angue hanc insulam scribat, & terram hinc asportatam angues necare, iam falsum deprehenditur. Proinde etymologia illa <apo tou thanatou>, i. a serpentium morte deducta plane labascit. Hic primam excursionem fecerunt Saxones, hic illis perfugium, hic magnas eorum strages ædidit Guortimerus Britannus, cum ad Lapidem tituli (sic in Nennio vocatur locus, quem Stonar eo fere sensu nunc vocamus, & portum fuisse constat,) præcipitata fuga in myopæones coegerit. Quo etiam loco (inquit ille) iussit se sepeliri ad compescendos, vt existimauit, Saxonum furores; quemadmodum Scipio Africanus, qui ita sibi sepulchrum statui præcepit, vt Africam prospectaret, ratus vel hoc etiam Pœnis terrori futurum. Hic etiam ad Wippedfleete, a Wippedo Saxone interfecto sic dictum, Britannos multis præliis attritos fudit Hengistus.

Thanatos.

Tenet.

<251>

Lapis tituli.

297

Augustinus multis post annis in hanc terram conscendit, cuius benedictioni regionis fœcunditatem ascripserunt sacerdotes creduli, Monachusque Gotcelinus exclamauit. 'Fœlix tellus Tanet, sua fœcunditate, sed fœlicissima tot deiferorum aduenarum, imo tot

| | |
|--|---|
| <p>Diligentia singu= laris.</p> | <p>ciuium supernorum hospitio.' Postea Danorum direptionibus ita afflicta, qui Domneuæ monasterium, nunc Minster virginibus velatis sacratum omni crudelitatis genere polluerunt, vt non ante pacata Normannici imperii tempora reflouerit.</p> |
| <p>* Codde.</p> | <p>Nec tacendum quod in singularem incolarum laudem cedit, præcipue eorum qui iuxta stationes Margat, Ramsgate, & Brod=stear habitant. Sunt enim viri summe industrii, qui quasi Amphibii, & mari & terra victum quærun, cum vtroque elemento rationem habent, & piscatores & aratores, & Agricolæ & nautæ; quique stiuam in agro sulcando, iidem clauum in nauigando tenent. Pro ratione anni retia nectunt * asellos, haleces, scombros, &c. piscantur, nauigant, merces exportant: iidem agros ster=corant, arant, seminant, occant, fruges demetunt, & recondunt, in vtrumque instructissimi, sic illis labor in orbem agitur. Cum=que subinde hic naufragia fiant, obiacent enim littori formidolosa illa nauigantibus vada, & * puluini, quæ The Godwyn, (de quo suo loco in insulis) The Brakes, The foure foote, The Whitdick, &c. vocitant; strenuam in mercibus recuperandis operam nauare solent.</p> |
| <p>* Shelues.</p> | <p>Ad Australe Wantsumi ostium, quod alueum mutasse credunt, e regione insulæ apposita fuit vrbs, quæ Ptolemæo Rhutupiæ, Tacito Portus Trutulensis, pro Rhutupensis, si B. Rhenanus nos non fallit, Antonino Rhutupis Portus, Ammiano Rhutupiæ Statio. Orosio Rhutubi portus & ciuitas, Anglis, teste Beda, Reptacester, aliis Ruptimuth, Alfredo Beuerlacensi Richberge, hodie Richborow. Vnde hoc enatum nomen in confesso non est. Veruntamen cum a sabulo loca huic vicina Sandwich, & Sandibay denominentur: & Rhyd Tufith Britannice vadum sabulosum sonet, inde, si aude=rem, libenter deducerem. In deiectu collis vrbs exporrecta videbatur. Arx æditori loco Oceano imminebat, qui ita iam arenis inuectis excluditur, vt a milliari vix eam salutet. Longe celeberrima fuit, Romanis rerum potentibus. Hinc e Britannia, in continentem frequens traiectus, ad hanc Romanæ classes appulerunt, Lupicinus a Constantio in Britanniam ad coercendas Scotorum & Pictorum excursions missus, Herulos, Batauos, &</p> |
| <p>Rhutupiæ. <252></p> | <p>Ad Australe Wantsumi ostium, quod alueum mutasse credunt, e regione insulæ apposita fuit vrbs, quæ Ptolemæo Rhutupiæ, Tacito Portus Trutulensis, pro Rhutupensis, si B. Rhenanus nos non fallit, Antonino Rhutupis Portus, Ammiano Rhutupiæ Statio. Orosio Rhutubi portus & ciuitas, Anglis, teste Beda, Reptacester, aliis Ruptimuth, Alfredo Beuerlacensi Richberge, hodie Richborow. Vnde hoc enatum nomen in confesso non est. Veruntamen cum a sabulo loca huic vicina Sandwich, & Sandibay denominentur: & Rhyd Tufith Britannice vadum sabulosum sonet, inde, si aude=rem, libenter deducerem. In deiectu collis vrbs exporrecta videbatur. Arx æditori loco Oceano imminebat, qui ita iam arenis inuectis excluditur, vt a milliari vix eam salutet. Longe celeberrima fuit, Romanis rerum potentibus. Hinc e Britannia, in continentem frequens traiectus, ad hanc Romanæ classes appulerunt, Lupicinus a Constantio in Britanniam ad coercendas Scotorum & Pictorum excursions missus, Herulos, Batauos, &</p> |
| <p>Portus Trutu= lensis. Richborrow.</p> | <p>Ad Australe Wantsumi ostium, quod alueum mutasse credunt, e regione insulæ apposita fuit vrbs, quæ Ptolemæo Rhutupiæ, Tacito Portus Trutulensis, pro Rhutupensis, si B. Rhenanus nos non fallit, Antonino Rhutupis Portus, Ammiano Rhutupiæ Statio. Orosio Rhutubi portus & ciuitas, Anglis, teste Beda, Reptacester, aliis Ruptimuth, Alfredo Beuerlacensi Richberge, hodie Richborow. Vnde hoc enatum nomen in confesso non est. Veruntamen cum a sabulo loca huic vicina Sandwich, & Sandibay denominentur: & Rhyd Tufith Britannice vadum sabulosum sonet, inde, si aude=rem, libenter deducerem. In deiectu collis vrbs exporrecta videbatur. Arx æditori loco Oceano imminebat, qui ita iam arenis inuectis excluditur, vt a milliari vix eam salutet. Longe celeberrima fuit, Romanis rerum potentibus. Hinc e Britannia, in continentem frequens traiectus, ad hanc Romanæ classes appulerunt, Lupicinus a Constantio in Britanniam ad coercendas Scotorum & Pictorum excursions missus, Herulos, Batauos, &</p> |

298

| | |
|-------------------------------|--|
| <p>Clemens Maxi= mus.</p> | <p>Mæsicorum numeros hic exposuit. Theodosius etiam Theodosii Augusti pater (cui statuas, testante Symmacho, equestres ob Britanniam pacatam Senatorius ordo decreuit) cum suis Herculiis, Iouiiis, Victoribus, Fidentibus (hæ Romanorum erant cohortes) huc delatus est. Postea cum Saxones piratæ sublatis commerciis maria bello intercluderent, & littora nostra crebris atrociniis infestarent, Legio Secunda Augusta, quæ a Claudio Imperatore e Germania traducta, plurimos annos Iscæ Silurum in Wallia consederat, huc translata, Præpositumque suum hic habuit sub Comite littoris Saxonici. Quam præposituram fortasse gessit Clemens ille Maximus, qui in Britannia a militibus Imperator salutatus Gratianum interfecit, & postea Aquileiæ a Theodosio occisus. Hunc enim Ausonius Rhutupinum latronem in his versiculis de Aquileia dixit.</p> |
|-------------------------------|--|

Maximus armigeri quondam sub nomine lixæ.
 Fœlix quæ tanti spectatrix læta triumphi,
 Fudisti Ausonio Rhutupinum Marte latronem.

Alium etiam Rhutupiarum præsidem Flauium Sanctum obliuione in Parentalibus suis vindicauit idem Poeta, de quo cecinit.

| | |
|---|--|
| <p>Sunt qui Rhutu= pini nomine Bri= tanniam omnem intelligi volunt.</p> | <p>Militiam nullo qui turbine sedulus egit, Præsidi lætatus quo Rhutupinus ager. Claudium Contentum patruum, qui ingentem pecuniam</p> |
|---|--|

<253> fœnori inter Britannos occupatam, & vsuris multiplicatam ex=traneis morte præreptus liquit, hic etiam situm funebri carmine prosequitur Ausonius.

Et patruos Elegeia meos reminiscere cantus,
Contentum, tellus quem Rhutupina tegit.

Post Saxonum aduentum floruerunt etiam Rhutupiæ. Ethelberti enim Cantii regis Regiam fuisse memorant scriptores, Bedaque ciuitatis nomine insigniuit, iam inde deficere cœpit, nec nomen vsquam legitur, nisi apud Alfredum Beuerlacensem, qui Alcherum cum Cantuaritis Danos spoliis implicatos, ad hanc Richberge tunc dictam fudisse prodidit. Nunc vero vestigia eius omnia tempus erasit, vtque nos doceat Urbium perinde ac hominum fata volui, hodie aruum est, in quo platearum tractus cum seges succreuerit, se intersecantes videas. (Vbicunque enim plateæ duxerunt, rarescit seges) quas vulgo S. Augustines crosse appellant. Et semiruta quædam arcis mœnia solum suspersunt, quadrata forma sabulo tenacissimo materiata. <Akropo=

299

lin> esse diiudices, situ adeo sublimi viginosam in Taneto planitiem despicit, quam Oceanus se paulatim subtrahendo destituit. Urbis autem area nunc aratro proscissa nummos Romanorum aureos, & argenteos, vetustatis sua indicia sæpenumero egerit, prolemque suam paulo inferius ostendit, quam a sabulo Sondwyc dixerunt Saxones, nos vero Sandwich. Hoc e quinque portuum, quos vocant, numero, ad Septentriones & occasum mœnibus, alias aggere, flumine, & fossa munitum, olim Danorum furores, superiori ætate Gallorum ignes sensit; nunc incolis satis frequens, licet portus ex aggestis arenis, & magna naue oneraria Pauli IIII. PP. in ipso alueo depressa, non sit nauigiis magnis ferendis iusta altitudine.

Sandwich.

Cantium Prom. Sub Rhutupiis Ptolemæus Cantium promontorium, quasi extremum huius anguli verticem statuit, quod corrupte nonnullis exemplaribus Nucantium, & Acantium, & Diodoro Carion, nobis hodie The Foreland dicitur. Verum omnia hæc circumquaque littora a Rhutupiis Rhutupina littora Poetis dicuntur. Hinc Iuuenalis cum Curtium Montanum delitatum ventriconem satyricè insectaretur de ostreis ex hoc littore Romam delatis.

The Foreland.

Rhutupina ostrea.

nulli maior fuit vsus edendi
Tempestate mea, Circæis nata forent, an
Lucrinum ad saxum, Rhutupinove ædita fundo
Ostrea, callebat primo deprendere morsu.

Et Lucanus.

<254> Aut vaga cum Thetis, Rhutupinaque littora feruent.

Fretum Britannicum.

Hæc ora maritima ab Europæ continente, freto disiungitur, vbi maria terram perfodisse credunt nonnulli, Solinus fretum Gallicum appellat, Tacitus, & Ammianus fretum Oceani, & Oceanum fretalem. Gratius Poeta 'Freta Morinum dubio refluentia ponto.' Belgæ Dehofden, a duobus promontoriis, vt annotauit doctissimus Abrah. Ortelius. Nos The strait of Calleis. Galli Pas de Callais. Hic enim locus est, vt inquit nostri temporis Poeta,

gemini qua ianua ponti
Faucibus angustis, lateque frementibus vndis
Gallorum Anglorumque vetat concurrere terras.

Horrendis, vt vere inquit Marcellinus, hoc fretum attollitur æstibus, rursusque in speciem complanatur camporum; bis inter duos lunæ exortus affluens bisque remeans. Attollente enim se Luna ad Meridianum, & sub Horizonte in opposito iam de-

| | |
|---|---|
| Morini. | mersa, supra modum hic intumescit Oceanus, & immensa aquarum moles tanto cum murmure in littora irruit, vt non sine causa ille dixerit 'Rhutupinaque littora feruent.' |
| Itius portus. | Ex aduerso in continente consederunt Morini, sic antiqua Celtarum lingua dicti, quasi maritimi, siue maris accolæ. Eorum regio nunc Conte de Guines, & Conte de Bolonois dicitur, duosque olim nominatissimos habuit locos Gessoriacum, & Itium, vnde Cæsar commodissimum e Gallia in Britanniam esse traiectum prodidit, plurimique fuisse credunt, quod nunc Callais vocant, sed magnus ille & eruditus Hospitalius Galliæ Cancellarius, rei antiquariæ peritissimus asserit Caletum minime vetustum esse, tantumque viculum fuisse, cuiusmodi Galli Burgado vocant, priusquam Philippus Comes Bononiensis mœnibus incinxerit, non multis ante annis, quam Angli expugnauerint. Nec vspiam legas aliquos inde in Britanniam soluisse ante illa tempora. Itium igitur alibi quærendum existimo, ad Vitsan scilicet inferius prope Blanest, quod nos Whitsan vocamus, verbo ab Itio non abludente. Huc enim omnes ex hac insula transmisisse, & inde in eadem soluisse, ex historiis nostris obseruamus, vsque adeo vt Lodouicus Sanctus cum Thomam Cantuariensem religiosa peregrinatione inuiseret, hoc solum a nouo illo Sancto demississime contendit, vt inter Vitsan, & Douer nemo naufragio periret: quasi hinc inde eo tempore commodissimus fuerit traiectus, nec alibi sane hoc fretum magis coarctatur. Quamuis existimandum sit nauigantes in transmittendo non nauigationis compendium, sed portuum opportunitatem vtroque in littore spectasse. Sic quamuis fretum angustissimum sit inter Blacness Galliæ, & The Nesse Angliæ: nunc tamen traiciunt inter Dubrin, & Caletum, superioribus seculis priusquam obstrueretur Portus Vitsan, inter illam, & Dubrin, antea vero inter Rhutupias, & Gessoriacum, vnde Claudius Imp. & alii quos dixi duces in Britanniam transmiserunt. Gessoriacum hoc Plinius Portum Morinorum Britannicum vocare videtur, fortasse ob traiectum inde in Britanniam, Ptolemæus, apud quem in locum Itii prorepsit, Gessoriacum nauale, qua etiam significatione, Britanni Bowlin llong vocitant. Nam Gessoriacum fuisse maritimum illud oppidum, quod Amianus Bononiam, Galli Bolongne, Belgæ Beunen, nos Bolen vocamus, asseueranter contra Boethium Scoticum & Turnebum affirmarim; cum ex B. Rhenani autoritate, qui ta- |
| Breuissimus inter Galliam, & Britanniam traiectus. <255> | |
| Gessoriacum. | |
| Bononia Galliæ. | |
| Tabula Peutegeriana nunc ædita | |

| | |
|--|--|
| * Pag. 272. æditione Basiliens. * Pag. 252. | bulam militarem antiquam vidit, in qua scriptum 'Gessoriacum, quod nunc Bononia,' tum itineraria ratione, quæ exacte respondet distantiæ, quam inter Ambianos, & Gessoriacum interposuit Antoninus. Sed quod instar omnium est, pyriticam Carausii factionem, quam * Gessoriacensibus muris inclusam, & captam retulit Panegyricus Constantio Augusto dictus: alter ad Constantinum Maximum eius filium, ad * Bononiam fuisse deuictam commemorat, vt Bononia, & Gessoriacum sit necessario vnum idemque oppidum, vetustiusque nomen sub eo tempore exoleuisse videatur. Nec enim iudicandum est, tantos authores ad tantos principes, in huius loci notatione (recenti tum memoria) aberrauisse. Sed quid mihi cum Gallia? Certe horum memoriam libentius vsurpauit, quod maiorum nostrorum virtus sæpissime hac in ora emicuit, qui Caletum, & Gessoriacum Gallicis extorserunt, quorum hoc supplicanti Gallo post octennium pacta pecunia reddiderunt, illud vero annos CCXII. Gallo fremente, tenuerunt. Nunc Britanniam plenis velis, & secundo æstu repetamus. A Cantio promontorio in Austrum per aliquot milliaria cre- |
|--|--|

nicis margaritis factum, vti apud Plinium legimus, Veneri Genetrici in eius templo dicauit. Captiuosque, vt author est

303

Honoratus, nonnullos Britannicos ad officia Theatralia, Aulæ= aque etiam, in quibus suas victorias Britannicas depinxerat, donauit. Quæ cum Britanni, qui in ipsis picti erant tollere sole= bant, cecinit Virgilius.

Purpureaque intexti tollant aulæa Britanni.

Verum iam satis exorbitauimus: ad propositum reuertamur.

Naualia Cæsaris castra.

Darellus.

Sempetra.

Dubris. Douer.

<258>

Suffraganeus Archiepiscopi Cantuar.

Huic littori satis longo tractu cumuli, velut aggeres subsunt, quos ventus conuerisse nonnulli suspicantur: ego vero muni= tionem, seu potius naualia castra esse existimo, quæ Cæsar decem dierum labore, ne nocturnis temporibus intermissis confecit, vt in ea afflictas naues subduceret, contraque tempestates, & Bri= tannos, qui eas frustra sunt adorti, tutaretur. Audio enim ab accolis hunc aggerem Romesworke vocari, quasi Romanorum opus. Eoque magis credo Cæsarem hic appulisse, quod prodat septimo hinc milliari (sic enim legit antiquus liber a Fl. Con= stantino viro consulari emendatus) mare ita montibus angustis contineri vti telum ex locis superioribus in littus adigi possit. Certe statim a Deale cautium eminentia (moles magnificas vocat Cicero) Crythmo quam Sampetram vocant fœcunda per septem plus minus milliaria ad Douer procurrit, vbi dehiscit, & se transeuntibus aperit; eaque loci est natura, vt perinde ac Cæsar scribit, inter duos colles mare admiserit, & continuerit. Hoc cautium diuortio Dubris interiacet, cuius Antoninus memi= nit, Saxones Dofra dixerunt, nos Douer. Inditum nomen scri= bit ex Eadmero Darellus, quia clausus, & impeditus erat. 'Cum enim,' inquit, 'antiquis temporibus valde eo loco portuosum mare se †dis= funderet, necessitate vrgente, sic effectum est, vt arctioribus quibusdam limitibus constringerent.' Guilielmus Lambardus tamen nominis rationem a Dufyrha, quod Britannice locum accliuem significat probabilius deduxit. Oppidum quod inter cautes considet (vbi portus ipse olim fuit, quum mare se insinaret, vti ex anchoris, & nauium tabulis erutis colligitur) portus opportunitate, quæ iam fere nulla est, & in Galliam traiectu magis celebratur, quam sua vel elegantia, vel frequentia. Celeberrimus enim est traiec= tus, cautumque olim lege erat vt nemo qui religionis gratia pere= gre proficisceretur, alibi †traicerent. Qua Oceanum iam glarea interiecta exclusum spectat, mœnibus præinctum fuit, quo= rum pars aliqua superest. Templum habuit Martino sacrum a Victredo Cantii rege fundatum, militum etiam Templariorum ædes, quæ iam disparuerunt, sedemque præbet Archiepiscopi

304

Cantuariensis suffraganeo, qui cum grauioribus Archiepisco= pus negotiis districtus sit, quæ ordinis sunt, non quæ iurisdictionis episcopalis gerit. E colle, seu potius rupe, quæ a dextra, omni fere ex parte confragosa in admirandam altitudinem ex= urgit, castellum amplissimum instar vrbeculæ, opere munitis= simum, & turribus frequentissimum subiecto freto quodammo= do minatur: 'Clauem & repagulum Angliæ' vocat Matth. Parisien= sis. Vulgus hominum a Iulio Cæsare constructum somniat. A Ro= manis primo conditum ex lateribus illis Britannicis in sacello, quibus vsi sunt in suis substructionibus, arbitror. Præcipitante in occasum Romano imperio, Numerum Tungricanorum, qui inter auxilia Palatina numerabantur, hic in præsidio colloca= runt, e quorum apparatu sagittæ illæ magnæ videntur, e basilis= cis solitæ emitti, quas pro miraculis iam ostendunt castellani. A Saxonum ingressu, vsque ad confectum eorum imperium, nus= quam, ne verbulum de hoc castro, siue oppido legerim, nisi in

| | |
|-----------------------|---|
| <259> | <p>schidis quibusdam ex tabula pensili hic asseruata, descriptis, quæ memorant Cæsarem, cum ad Deale appulisset, & ad Baram=downe, (hæc equitabilis est planities adiacens, & explicandis copiis opportuna) Britannos profligasset, Douerense castrum inchoasse, Aruiragum postea contra Romanos muniuisse, portumque obturasse. Arthurum deinde, & eius milites, nescio quos rebelles hic deuicisse. Cæterum paulo ante Normannorum aduentum, vnicum Angliæ munimentum habitum fuit, eoque nomine, Guilielmus Normannus Haraldum iureiurando adegit, vt hoc castrum cum puteo sibi in manus traderet, cum regnum affectaret: compositisque Londini rebus nihil prius habuit, quam hoc communire, nobilibusque latifundia in Cantio assignare, ea lege, vt præsto, cum certa militum manu ad hoc propugnandum forent, quod nunc tamen annua pecunia redimitur.</p> |
| Castlegard mutatum. | <p>Cum enim Hubertus de Burgo constitutus erat Constabularius huius castri, verbis antiqui scriptoris vtor, 'Ille perpendens quod non esset tutum pro castro quolibet mense habere nouos custodes ad Wardam, procurabat per assensum Regis & omnium militum quod quilibet miles mitteret pro Warda vnus mensis decem solidos; & quod inde stipendiarentur certi homines electi & iurati tam milites quam pedites ad castrum custodiendum.' Fertur Philippum Augustum Galliarum regem dixisse, cum Ludouicus filius res nouas in Anglia moliretur, vrbesque quasdam caperet: Ne in Anglia filius habet, vbi vel pedem ponat, si Douerense castrum in potestatem non redege-</p> |
| | 305 |
| | <p>rit; vtique quod totius Angliæ munitissimum & Gallo opportunissimum.</p> |
| Douer Peere. | <p>In altera rupe, quæ est e regione, & æquato fere iugo, ædificii cuiusdam perantiqui supersunt reliquiæ. Quidam, nescio qua persuasus ratione, Cæsaris Aram dixit: sed Thom. Twinus Cantuariensis, senex eruditus qui adolescens illud magna ex parte integrum vidit, Pharum fuisse mihi affirmavit quæ nocturno nauium cursui ignes ostenderet. Cuiusmodi altera ex aduerso ad Bononiam extitit a Romanis posita, & longo post tempore a Carolo magno restaurata, (vt testatur Regino, apud quem corrupte Phanum pro Pharum legitur) quæ nunc Gallis Tour d'order, Anglis The old man of Bullen vocatur. Sub hac rupe patrum memoria Henricus Octauus rex potentissimus, maximo labore, & infinitis impensis, defixis in ipso mari trabibus ingentibus, stilis colligatis, arborum, saxorumque cumulo iniecto molem, seu pilam, nos The Peere vocamus, eduxit, qua tutius naues subsisterent. Sed optimi regis studium inhorrescentis Oceani furor cito deuicit, operisque compages crebris fluctibus verberata se laxauit. Ad quam instaurandam Regina nostra Elizabetha magnam pecuniæ vim erogauit, & Parlamentaria autoritas singulis Anglorum nauibus, quæ merces exportant, & important, vectigal in septennium imposuit.</p> |
| Folkstone. | <p>Hinc cautes ex creta, veluti serie cohærentes, per v. miliaria perpetuum habent dorsum vsque ad Folkstone, quod olim floruisse Romanorum numismata quotidie inuenta persuadent, quo autem nomine incertum. Ex illis turribus fuisse probabile est, quas Romani ad Saxones arcendos (Theodosio Iunioris regnante) 'per interualla' (vt inquit Gildas) 'ad meridianam Britanniarum plagam in littore collocarunt.' Saxonibus religionis nomine celebre fuit, a monasterio quod Eanswida Eadbaldi regis Cantii filia virginibus consecrauit: nunc vero viculus est, eiusque partem maximam abrasit Oceanus. Baronia tamen fuit familiæ de Abrincis, a quibus ad Hamonem de Creuequer & per eius filium ad Ioannem de Sandewico, cuius e Ioanne filio neptis Iuliana eandem Ioanni Segrauo in dotem attulit.</p> |
| Barones de Folkstone. | |
| <260> | |
| Saltwood. | <p>Conuersa inde ad Occasum littorum fronte (vt Saltwood castrum Cantuariensium Episcoporum quod Courtnæus Præsul</p> |

Hith, siue Hide. Cantuariensis adauxit, omittam) ad quartum milliare Hith se=det, e quinque portibus vnus, vnde & illud nomen assumpsit, quod Saxonibus portum sonat; licet nunc vix illud nomen

306

Portus Lemanis. Lime. tueatur ob arenas accumulatas, quibus mare longius excluditur. Nec tamen ita diu est, ex quo primum emicuit, ex occasu scilicet Westhythi, Oppidulum illud est ad occasum vicinum, portusque fuit, donec hinc se mare proauorum memoria submouerit. Originem autem vti & Westhithum Limo viculo adiacenti debuit, qui olim celeberrimus erat portus, donec arenæ quas mare euomit, obstruxissent. Antoninus & Notitiarum liber Portum Lemanis vocarunt, Ptolemæus <limên>, quod cum apud Græcos significatiuum sit, Librarii vt viderentur defectum supplere <kainos limên> scripserunt, Latiniq; interpretes 'Nouum portum' inepte conuerterunt: cum loci nomen Limen, vel Leman fuerit, vti hodie Lime. Stationem hic sub Comite littoris Saxonicæ Præpositus numeri Turnacensium habuit. Viaque hinc Militaris saxis constrata, ad Cantuariam pertingit, quam Romanorum fuisse opus facile diiudices, vti etiam castrum, quod in deiectione collis, decem quasi iugera inclusit, mœniumque reliquæ supersunt Britannicis lateribus, silicibus, calceque cum arena & grumis intrita sic compactæ, vt nec dum vetustati cesserint. Nunc vero licet portus non sit, dignitatis tamen pristinae vmbra non tenuem retinet. Guardianus enim portuum hic solemne iniurandum, vbi primum magistratum init, & hic de causis inter portuum incolas statis diebus cognoscit.

Rumney Marsh. <261> Nonnulli existimarunt magnum flumen hoc in loco se exonerasse, quod vnus & alter scriptor de Lemano fluuio, & Lemanis ostio meminerint, ad quod Danica classis anno salutis 892. appulsa fuerit. Sed falsos eos in loci descriptione opinor, tum quod nullus hic fluuius nisi tenuis admodum, qui statim despectus emoritur: tum quod Huntingdonensis Archidiaconus pressæ fidei author, illam classem ad Lemanem portum appulsam scribat, nec verbum de flumine habeat. Nisi quis sentiat (quocum ego sentire non ausim) Rother flu. qui sub Rhy Oceano commiscetur, hac defluxisse, cursumque paulatim immutasse, cum campestris illa planities Rumney Marsh terræ accresceret. Hæc enim campestris regiuncula, quæ a Lemani X. mill. in longitudine, VII. latitudine occupat, luxurianti viriditate saginandis pecoribus aptissima, maris beneficio terræ paulatim accreuit. Vnde maris donum appellare non immerito possim, perinde ac Ægyptum fluminis Nili donum vocarit Herodotus. Mare namque vt paria faceret, quod alibi hac ora hauserit, hic reddidit, vel recedendo, vel limum subinde apponendo; adeo vt Rumney oppidum e quin-

307

* Marshmen que portuum numero, quod auorum memoria mari incubuit, duobus fere milliariibus a mari nunc disiungatur. Quanta sit solivbertas, quam numerosa armenta pascat, quæ huc saginanda ex vltimis Angliæ partibus mittantur: quanta arte aggeribus contra exasperati Oceani insultus communitur, non facile credat, qui non propius conspexerit. Saxonico sæculo huius incolæ * Merscware Saxonice dicti erant, & nominis sane significatio cum loci natura optime conuenit, nec ego Æthelwerdum antiquum illum scriptorem capio cum prodit 'Cinulfum Merciorum regem vastasse Cantium, & regionem quæ Mersc-warum dicitur: & Herbythum Ducem a Danis in loco Mersc-warum truncatum fuisse,' si hanc ipsam regiunculam non innuerit. Rumenal quod hodie Olde Rumney appellatur præcipuum erat oppidum, cuius incolæ, vt est in Regis Guilielmi primi libro, 'fuerunt quieti pro seruitio maris ab omni consuetudine, præter latrocinium, pacem fractam, & Foristell.'

Anderida.
Andredcester.

<262>

Sub hac, terra in Ortum euecta longius procurrit, (Nesse, quasi nasum vocamus,) cui insidet Lid satis frequens oppidulum. Inde se reducens recta in occasum fertur, vsque ad Rotheri ostium, quo alicubi a Southsexia Cantium disterminatur. Huius decursum a Southsexiae parte superius paucis persequuti sumus. A Cantii parte priusquam Oxney insulam spargat, Newenden habet, quod fuisse portum illum diu quaesitum, quem Notitiarum liber †Anderidan, Britanni Caer Andred, Saxones Andredsceaster nuncuparunt, fere persuadeor: primum quod incolae vetustissimum fuisse oppidum, & portum asseuerent: deinde quod ad Andredswald syluam, cui nomen creauit, situm habeat: postremo quod Brittenden, i. Britannorum vallem, Saxones dixisse videantur, (vti etiam Segontium de quo antea) vnde Selbrittenden toti Centuriae adiacenti nomen. Romeni, vt hanc oram contra Saxones piratas tuerentur, numerum Abulcorum, cum eorum praefecto, hic statuerunt. Postea tamen Saxonum furore penitus deletum concidit, Hengistus enim, cum Britannos e Cantio omnino exturbare in animo haberet, maximique sua interesse existimaret, si maioribus copiis turmas adaugeret; Ællam e Germania cum magna Saxonum manu euocauit. Qui dum magno impetu Anderidam hanc oppugnaret, Britanni e sylua proxima insidiantes, ita eum exagitarunt, vt cum tandem post multas vltro, citroque illatas clades, partitis copiis, & Britannos in syluis fudisset, eodemque tem-

308

Res pannaria primum in Anglia.

Comites Cantii.

<263>

pore in oppidum irrupisset, ita ad vindictam barbari animus exarsit, vt occisis incolis funditus euerterit. 'Locus vero desolatus multis post saeculis transeuntibus,' (vt inquit Huntingdonensis) 'ostendebatur,' donec sub Edwardo primo fratres Carmelitae e Carmelo Palestinæ recens profecti, qui solitaria quaerebant loca, hic monasteriolum ex impensis Thom. Albugeri militis posuerint, oppidulumque statim enatum, quod ratione veteris oppidi diruti, Newenden, id est, Nouum in valle oppidum, dici coepit. Iuxta hanc Newenden, in syluestri regione sunt Cranbroke, Tenterden, Benenden, & alia vicina oppida, in quibus lanificii, siue rei pannariae laus inprimis floruit iam inde ab Edwardi III. temporibus, qui propositis praemiis, & plurimis concessis immunitatibus Belgas in Angliam anno regni sui decimo euocauit, vti nostros artem illam panni lanei contexendi edocerent, quae hodie inter Reip. nostrae columnina merito numeratur.

Nunc vt Cantii Comites suo ordine percenseam, (omissis Saxonibus Godwino, & aliis, qui non haereditarii, sed officiarum Comites erant,) Odo vterinus Guilielmi primi frater, primus habetur e Normannico sanguine, Cantii Comes, simulque Baioensis Episcopus, vir ingenio prauo, turbidoque, & rebus nouandis semper intento, vnde post grauissimam, quam concitata seditionem suis sedibus, & fortunis in Anglia a nepote Guilielmo Rufo eiectus. Deinde cum Stephanus Angliae vsufructuarius bellicosos homines beneficiis sibi astringeret, Guilielmum Ipresem Flandrum eo honore exornauit; vti etiam eadem de causa Philippo Flandriae Comiti, Cantii etiam titulum adiunxit Henricus Regis Henrici II. filius, cum res nouas in patrem moliretur, sed hic tantum titulo, & promisso tenus Cantii Comes erat. Vt enim habet Geruasius Cantuariensis. 'Comes Flandriae Philippus suum pro posse spondit auxilium iuueni regi, faciens homagium cum iuramento. Cui pro seruitio suo promisit Rex cum toto Cantio, 1000. librarum redditum, Castellum quoque de Roffa, cum Castello de Douoria.' Non longo post tempore Hubertus de Burgo, optime de Repub. meritis, suo quasi merito eundem honorem ab Henrico III. accepit, vir patriae vere amans, & qui omnia officia, quae a ciue optimo patria exigere possit, inter medias aduersantis fortunae procellas cumulate praestitit, **honore tamen exutus**

diem obiit: iacuitque hic titulus vsque ad Edwardi II. tempora. Ille enim fratri suo iuniori Edmundo de Woodstock contulit, qui nepotis sui Edwardi III. tutor falsæ & iniquæ inuidiæ tempesta=

309

tem subiit, securi percussus, quod in fratrem depositum, frater= num animum nunquam obscure tulerit, & illum e custodia libe= rare voluerit. Filii tamen duo Edmundo & Ioannes successe= runt, quibus sine sobole mortuis, hunc honorem eorum soror **ob venustatem dicta The faire mayde of Kent** superstes in equestrem Hollandorum familiam transtulit: Thomas enim Hollandus eius maritus factus est Cantii Comes, quem ordine sequuti sunt Tho= mas eius filius, qui **obiit anno vicessimo Richardi 2. cui successe= runt bini eius filii Thomas qui Dux Surreiæ creatus, statimque dum res novas in Regem Henricum quartum moliretur, obtrun= catus,** & Edmundo qui Angliæ Archithalassus, dum Fanum Bri= oxi in Britannia Armorica oppugnaret, accepto vulnere, an= no salutis 1408. occubuit. In his cum hæc familia sua exacta periodo intercidisset, rex Edwardus IIII. primum Guilielmum Neuil Dominum de Fauconberg, eoque extincto, Edmundo Grey Dominum de Ruthyn Cantiani Comitis honore adauxit, qui Georgium filium successorem habuit. Ille ex Anna Wideuile coniuge prima Richardum Comitem Cantii progenuit, qui sine sobole diem clausit; ex secunda autem vxore Catharina filia Guilielmi Herberti Comitis Penbrochiæ Henricum Grey Equi= tem suscepit, cuius e filio Henrico nepos Reginaldus in Comitem Cantii a D. nostra Elizabetha anno 1571. erectus erat, cui sine prole defuncto Henricus eius frater successit omnibus veræ nobilitatis ornamentis longe **honoratissimus.**

S. Brieu.
Tho. Walsingham.

Habet hæc prouincia paræcias 398.

.....

818

<705>
Toliapis.
Caunus.
Canuey.

..... E regione Zelandiæ Tamisis nobilissimus
Britanniæ flu. in Oceanum illabitur, quo loci duas insulas To= liapin, & Caunam, siue Conuennon locat Ptolemæ= us. Hæc non= dum nomine concessit suo, sed Canuey appellatur,

Sheppey.

.....

Minster.

De altera vero Toliapi sententiam subinde muto, vt Sheppey credam præter situm nihil video. Ea enim satis antiquæ est me= moriæ, in scriptoribus nostris Ouium insula vbique dicta. Mona= steriolum Minster nunc vocant habuit a Sexburga Ercomberti Cantiani regis vxore anno 660. constructum. Castellum ad Oc= casum præterdit elegantissimum & munitissimum, quod Rex Edwardus tertius posuit vt ipse scribit, 'situ amæno, ad terrorem hostium, & solatium populi,' cui Burgum adiunxit, & in honorem Philippæ Hannoniæ Reginæ Queenborough, id est, Reginæ Bur=

Queenborough

819

gus appellauit. Cui nunc Constabularius præest D. Edwardus Hobeius mihi semper colendus, qui illustre ingenium eruditus studiis inprimis excolit.

<706>
Goodwine
sands.
Lomea nonnullis.

Magis ad ortum extra Tamisis ostium Tanato insulæ locus va= dosus, arenosus, & nauigantibus insidiosus longe præiacet, quem Goodwine sands vocant, vbi insulam anno 1097. absorptam, quæ Comitis Goodwini patrimonium erat, produnt annales. De quo sic Ioannes Twinus. 'Fuit hæc terra valde fertilis, & pascuis abun= dans, paulo humilior quam Thanatos, ex qua transitus per nauiculam, tria aut quatuor millia passuum longus erat. Hæc insula, insolita tem= pestate ventorum, imbrium furore turbulento, & inaudita maris rabie immergitur, & eructata arena incredibiliter obducitur, & irrecupe=

rabiliter in dubiam terræ & maris naturam conuertitur: intelligo enim quid loquor, quia interdum tota fluitat, interdum vero patitur gradientes decedente mari.' Forsan hæc Toliapis, ni malis pro Toliapis, Thanatis legere, & nonnullis exemplaribus Toliatis legitur, de qua in Cantio egimus.

Fretum Britannicum.

Mare Britannicum.

Hoc in loco immensa aquarum vastitas ita coarctatur, vt Oceani fauces inter Europæ Continentem & Britanniam non amplius xxx. mill. pass. pateant, quæ angustię Fretum aliis Britannicum, aliis Gallicum dicitur, & maris est Britannici limes quod sensim littora, quæ quasi coierant, semouet, & terris vasta æqua portione cedentibus, Britanniam & Gallias ab ortu ad occasum interluit. Ab hoc Britannicum mare incipit,

.

<The format remains unchanged (some stretches of text are line for line the same), but the book continues to grow. In the section relating to Kent, however, only a few additions have been made. One passage (page 291) is derived from the (so-called) 'Textus Roffensis': it is not a quotation, just a précis. – C.F. July 2010, revised October 2011.>